

licis innixi, sufficientissimum Christi meritum fide, quantumvis infirma, languida, imbecilli sibi applicent: memores illius Prophetici: Arundinem quassatam non confringet Dominus, & linum fumigans non extinguet. *Esa 42, 3. Matth. 12, 20.* & dulcissimæ illius invitacionis Christi: Venite ad me omnes, qui labo ratis & onerati estis, ego reficiam vos *Matth. 11, 28.*

97. Facebat ergo crassus ille & blasphemus Novatianorum error, hominibus quoque modo post acceptum Baptismum lapsis, spem consequendaæ veniae & remissionis peccatorum, negantum.

98. Etenim & scriptura sacra, & plurima regeneratorum, in peccata tamen verè mortalia prolapsorum: nihilominus verò acta pœnitentia ingratiam à DEO receptorum exempla, manifestæ falsitatis hunc errorem firmissime argunt.

99. Hic verò finis & usus disputationis nostræ, ac primus quidem παιδευτικὸς esto, ut peccati in Spiritum Sanctum atrocitatem probè considerantes, etiam atque etiam videamus, ne vel peccatis contra conscientiam frena laxantes liberiùs, Spiritum Sanctum excutiamus: vel ulla ratione fastidium atque odium veritatis agnitionis nobis